



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Libellvs De Principalitate Romanæ Ecclesiæ

Roth von Schreckenstein, Hieronymus

Ingolstadii, 1550

VD16 R 3252

Similitvdo Ad Hortum Conclusum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30126

DE PRINCIPALITATE

Sic fonti signato Ecclesia cōparatur, ueluti enim ex fonte signato non unicuique aquam haurire licet. Sic gratia spiritus sancti, non unicuique data. Sed illis tantum qui in unitate Catholice Ecclesie sunt. Qui ex fonte signato celestis spiritus gratiam tanquam nectar & Ambrosiam hauriunt, ex unico nempe fonte, Id est Unica Catholica Ecclesia. Nimirum si sapientissimus Salomon Ecclesiam fonti signato comparauerit, non fonti undique, diffuenti & omni uiatori patenti, sed his qui in unitate fidei per gratiam spiritus sancti in Unica Catholica Ecclesia congregantur,

SIMILITUDO AD Hortum Conclusum.

Necque elegantior similitudo adduci potuisset, quam Ecclesie ad hortum Conclusum, qua unitas & concordia, ita luculenter ostenderetur. Quemadmodum enim in horto concluso omnia Aromatum genera atque herbe odoriferae summam suauitatem & dulcedinem uariarumque arborum fructu iucundissimam amoenitatem & uoluptatem maximam pariter & utilitatem referunt, cultoremque unice delectant & afficiunt. Sic in Ecclesia Catholica flante gratia spiritus sancti omnes Christiani summam suauitatem dulcedinem & iucunditatem percipiunt. Sic Christianorum & fidelium credentium congregatio unica sit consonantia & conclusus hortus, non unicuique patens, sed illis qui in unitate spiritus sancti gratia concluduntur, non qui

ROMANAE ECCLESIAE.

qui varijs opinionibus & Hæresibus segregati sunt, Iuxta illud Cant. 4. Hortum meum perfla Aquilo & Aufter, & fluent Aromata eius, tum in hortum suum descendet dilectus meus ad aureolam Aromatum ut pascatur in hortis & lilia colligat.

CONFIRMATIO AB APTO.

ritate quatuor Doctorũ, Hieronymi, Augustini, Ambrosij & Gregorij. Quemadmodum eorum uerba sacris Canonibus inserta sunt. Ecclesiam Romanam esse inter alias omnes Ecclesias orbis principalem.

VERBA HIERONYMI AD DAMASUM PAPAM XXIII. q. I. c. Hæc est,

Hæc est fides Papa Beatissime, quam à Catholica dicimus Ecclesia quamq; semper tenuimus in qua si minus peritè aut parum cautè forte aliquid positum est, emendari cupimus, à te, qui Petri sedem & fidem tenes.

Verba Ambrosij de Romana Ecclesia. xxiiij. q. I. c. Quæ dignior.

Quæ dignior Domus Apostolicæ prædicationis ingressu, quam sancta Romana Ecclesia:

VERBA